Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26462
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ditur. Et ago penitentiam in fauilla et cine
re. In fauilla enim et cinere penitentiam age
re. est contemplata summa essentia. nichil
aliud quam fauillam cinerem que cognoscere.
Vnde et ciuitati reprobe in euangelio dns
dicit. Si in tyro et sydone facte fuissent
uirtutes que facte sunt in uobis olim
in cilicio et cinere penitentiam egissent.
In cilicio quippe asperitas et conpunctio
peccatorum in cinere autem puluis osten
ditur mortuus. Et idcirco utrumque hoc adhi
beri ad penitentiam solet. ut in conpunc
tione cilicii cognoscamus quod per culpam fecimus.
et in fauilla cineris perpendamus quod per ui
cium facti sumus. Considerentur ergo in cilicio
pungentia uicia. consideretur in ci
nere per mortis sententiam subsequens
iusta pena uicium. Quia enim post pecca
tum carnis contumelie surrexerunt.
uideat homo in asperitate cilicii sup
biendo quod fecit. uideat in cinere usque quo